UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jnstitutio moralis philosophie metrica

Horatius Flaccus, Quintus

Dauentrie, 1504

Ad Valam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70184

Visual Library

Nunc age: quid noſtrum concentum diuidat: audi
Quem tenues decuere toge nitidiqʒ capilli
Quem ſcis immunem cynarę placuiſſe rapaci
Quem bibulum liquidi media de luce falerni
Coena breuis iuuat: ⁊ prope riuum ſomnus in herba
Nec luſiſſe pudet. ſed non incidere ludum
Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſqʒ
Limat non odio obſcuro morſuqʒ venenat
Rident vicini glebas ⁊ ſaxa mouentem
Cum ſeruis vrbana diaria reddere mauis
Horum tu in numerum voto ruis. inuidet vſum
Lignorum ⁊ pecoris tibi calo argutus ⁊ horti
Optat ephippia bos piger optat arare caballus
Quam ſcit vterqʒ libens cenſebo exerceat artem

¶ Argumentum epiſtole. xv.

Scribit ſatyrice de baiarum luxuria. tangitqʒ eos quam in penuria habeãt poteſtatem

¶ Ad Valam.

Que ſit hiems velię: quod coelum vala ſalerni
Quorum hoim̃ regio: ⁊ qualis via nã mihi baias
Muſa ſuperuacuas Antonius: ⁊ tamen illis
Me facit inuiſum: gelida cum perluor vnda
Per medium frigus: ſane myrteta relinqui.
Dictaqʒ ceſſantem neruis elidere morbum
Sulfura contemni vicus gemit inuidus ęgris
Qui caput ⁊ ſtomachum ſupponere fontibus audent
Cluſinis: gabioſqʒ petunt ⁊ frigida rura
Mutandus locus eſt ⁊ diuerſoria nota
Preter agendus equus: quo tendis: nõ mihi cumas
Eſt iter aut baias: leua ſtomachoſus habena

Dicet eques: ſed equi frenato eſt auris in ore
Maior vtrum populum frumenti copia paſcat
Collectes ne bibant imbres puteoſue perennes
Jugis aquę: nam vina nihil moror illius ore
Rure meo poſſum quiduis perferre patiqꝫ
Ad mare cum venio generoſum ⁊ lene requiro
Quod curas abigat. quod cum ſpe diuite manet
In venas animumqꝫ meum quod verba miniſtrat
Quod me lucane iuuenem commendat amice
Tractus vter pluris lepores vter educet apros
Vtra magis piſces ⁊ echinnos equora celent
Pinguis vt inde domum poſſim pheaxqꝫ reuerti
Scribere te nobis: tibi nos ac credere par eſt

Argumentum epiſtole. xvi.

E Xemplo huius hominis in eos inuehitur q̄ alligurito patrimonio ſcurre paraſitiqꝫ effecti aliena vorant dicuntqꝫ: nihil eſſe beatius victu ſplendido ⁊ affluenti Cum autem a nullo accepti ſordido victu domi viuere coguntur frugalitatem ſummis laudibus extollunt hoc demum vicium ſolita ſua ironia ne quempiā offendat, in ſe transfert poeta

An Eundem

M Enius vt rebus maternis atqꝫ paternis
Fortiter abſumptis: vrbanus coepit haberi
Scurra vagus: non qui certum pręſepe teneret
Impranſus: nec qui ciuem dignoſceret hoſte
Quolibet in quemuis opprobria fingere ſeuus
Pernicies ⁊ tempeſtas baratrumqꝫ macelli
Quicquid queſierat ventri donabat auaro
Hic vbi nequicie fautoribus ⁊ timidis nil